

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung: de die sancto  
pentecosten

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

nem quem audistis non est  
meus. sed eius qui misit me  
patris. et reliquos.

**OMELIA LE  
CTIONIS EIUS  
DEO. BEATI  
GREGORII P P  
DE DIE SCO PEN  
TECOSTEN.**

**LIBER**

FRATRES CARISSIMI  
euangelicae uerba lectionis  
sub breuitate transcurrere  
ut post diutius liceat in con  
templatione tantae sollem  
nitatis immorari. Hodie  
namq. sps scs repentino so  
nitu super discipulos uenit.  
mentesq. carnalium in sui  
amore permutauit. Et  
foris apparentibus linguis  
igneis. intus facta sunt cor

da flammantia. Quia dum  
dm in ignis uisione suscipi  
unt. per amorem sua uiter  
exarserunt. Ipse namq. scs  
sps. amor est. Unde et io  
hannes dicit. Ds caritas est.  
Qui ergo mente integra dm  
desiderat. profecto iam habet  
quem amat. Neque enim  
quisquam posset dm diligere  
sicum quem diligit non ha  
beret. Sed ecce unusquisq.  
um requiritur an diligit  
dm. Tota fiducia et secura  
mente respondet. diligo.  
In ipso autem lectionis exordio  
audistis quod ueritas dixit.  
Siquis diligit me. sermone  
meum seruabit. Probatio  
ergo dilectionis. exhibitio  
est operis. Hinc in epistola  
sua isdem iohannes dicit.  
Qui dicit quia diligo dm. et  
mandata eius non custodit

mendax est. Vere enim di-  
ligimus. si et mandata eius  
obseruamus. et anris nos uo-  
luptatibus coartamus. Na-  
qui adhuc per illicita deside-  
ria diffluit. profecto dñm  
non amat. quia eiusua uo-  
luptate contradicit. Et  
pater meus diliget eum. et  
ad eum ueniemus. et mansi-  
onem apud eum faciemus.  
Pensate fratres karissimi.  
quanta sit ista sollempnitas  
habere in cordis hospicio ad-  
uentum dñi. Certe si domū  
uram quisquam diues ac prae-  
potens amicus intraret. Omni-  
festinantia domus tota mun-  
daretur. nequid fortasse  
esset quod oculos amici in-  
trantis offenderet. Tergat  
ergo sordes prauis operis. qui-  
dō praeparat domum men-  
tis. Sed uidete quid ueritas

dicat. Ueniemus. et mansio-  
nem apud eum faciemus.  
In quorundam et enim corda  
uenit. et mansionem non fa-  
cit. quia per conpunctionē  
quidem dñi respectum perci-  
piunt. sed temptationis tem-  
pore. hoc ipsum quod con-  
puncti fuerant obliuiscunt.  
Sicq. ad perpetranda peccata  
redeunt. ac si haec minime  
planxissent. Qui ergo dñm  
uere diligit. qui eius man-  
data custodit. in eius corde  
dñs. et uenit et mansionem  
facit. Quia sic eum diuinita-  
tis amor penetrat. Ut ab hoc  
amore temptationis tempo-  
re non recedat. Ille ergo  
uere amat. cuius uidelicet  
mentem delectatio praua  
ex consensu non superat.  
Nam tanto quisq. a superno  
amore disiungitur. quanto

inferius delectatur. Unde  
 & adhuc subditur. Quoniam  
 diligit me. sermones meos  
 non seruat. Ad uosmetipsos  
 ergo fratres karissimi. Intra  
 sus redite. si deum uere amatis  
 exquirite. Ne tamen ali  
 quis sibi credat. quicquid  
 sibi animus sine operis atte  
 statione responderit. De di  
 lectione conditoris. lingua.  
 mens et uita requiratur.  
 Numquam est dei amor otiosus.  
 Operatur etenim magna si est.  
 Si ergo operari renuit. amor  
 non est. Et sermonem quem  
 audistis non est meus. sed dei  
 qui misit me patris. Scitis  
 fratres karissimi. quia ipse  
 qui loquitur unigenitus fili  
 us. uerbum patris est. et  
 quia <sup>ad</sup> se ipsum loquitur. ideo  
 sermo quem loquitur filius  
 non est filii. sed patris. quia

ipse filius uerbum est patris.  
 Haec locutus sum uobis apud  
 uos manens. Quando non  
 maneret apud eos. qui ascen  
 surus caelum promittit dicens.  
 Ecce ego uobiscum sum omnib.  
 diebus usque ad consummatio  
 nem saeculi. Sed uerbum  
 incarnatum. et manet et re  
 cedit. Recedit corpore.  
 manet diuinitate. Apud  
 eos ergo tunc mansisse se per  
 hibet. quia qui inuisibili  
 semper potestate praerac.  
 Corporali iam uisione recede  
 bat. Paraclytus autem spiritus  
 quem mittet pater in nomine  
 meo. ille uos docebit omnia.  
 et suggeret uobis omnia que  
 cumque dixero uobis. Nostis  
 plurimi fratres mei quod grae  
 ca locutione paraclytus. La  
 tina aduocatus dicitur. uel  
 consolator. Qui ideo aduo

catus dicitur. quia pro errore  
delinquentium apud iusticiam  
patris interuenit. Qui uni  
us substantiae cum patre  
& filio exorare pro delin  
quentibus perhibetur. quia  
eos quos repleuerit. exoran  
tes facit. Unde et paulus  
dicit. Ipse enim sp̄s postu  
lat pro nobis gemitibus  
inenarrabilibus. Minor  
enim est qui postulat. quam  
qui postulatur. Quomodo  
ergo sp̄s postulare dicitur  
qui minor non est. Sed  
ipse sp̄s postulat. quia ad  
postulandum eos quos re  
pleuerit inflammat. Con  
solator autem isdem sp̄s  
uocatur. quia de peccati  
perpetratione macerantibus.  
dum spem ueniae praepa  
rat. Ab afflictione tristitiae  
mentem leuat. De quo

recte promittitur. Ipse uos  
docebit omnia. Quia nisi  
isdem sp̄s cordi adsit audien  
tis. otiosus est sermo doctoris.  
Nemo ergo docenti homini  
tribuat. quod ex ore docen  
tis intellegit. Quia nisi  
intus sit quid doceat. docto  
ris lingua exterius in uacu  
um laborat. Ecce unam  
loquentis uocem omnes pa  
riter audistis. Nec tamen  
pariter sensum audita  
e uocis percepistis. Cum ergo  
uox dispar non sit. cur in  
cordibus uris. dispar est uo  
cis intellegentia. nisi quia  
per hoc quod uox loquen  
tis communiter ammonet.  
Est magister interior. qui  
de uocis intellegentia  
quosdam specialiter docet.  
De hac unctione sp̄s. rursus  
per iohannem dicitur.

Sicut unctio eius docec nos  
 de omnibus. Per uocem ergo  
 non instruitur. quando mens  
 per spm non ungitur. Sed  
 cur ista de doctrina hominum  
 loquimur. quando et ipse  
 conditor. non ad eruditionem  
 hominis loquitur. si eadem  
 homini per unctionem sps  
 non loquatur. Certe Cain  
 priusquam fratricidium  
 opere perpetrare. audiuit.  
 Peccasti. quiesce. Sed quia  
 culpis suis exigentibus. uoce  
 est ammonitus non unctione.  
 audire di uerba potuit. sed  
 seruire contempsit. Requ  
 rendum uero nobis est. cur  
 de eodem spū dicatur. sug  
 geret uobis omnia. cum  
 suggerere esse soleat mino  
 ris. Sed quia suggerere  
 aliquando dicimus submi  
 nistrare. Inuisibilis sps sug

<sup>2</sup> peruenientib. do.

gerere dicitur. non quod no  
 bis scientiam ab imo inferat  
 sed ab oculto. Pacem relin  
 quo uobis. pacem meam do  
 uobis. Hic relinquo. illic  
 do. Sequentibus relinquo. <sup>2</sup>

**E**cce fratres karissimi uerba  
 sacrae lectionis sub breuitate  
 discussimus. nunc in contem  
 platione tantae festiuitatis  
 animum transferamus.

Sed quia cum lectione euange  
 lica. uobis est etiam actuum  
 apostolorum lectio recitata.  
 Ex ea ergo aliquid in usum  
 nrae contemplationis traham.

**A**udistis etenim quia sps scs  
 super discipulos in igneis lin  
 guis apparuit. Omniumq.  
 linguarum scientiam dedit.  
 Quid scilicet hoc miraculo de  
 signans. nisi quod scā eccle  
 sia eodem spū repleta. om  
 nium gentium erat uoce lo

**I**n oct  
 pene

cutura. Qui uero contra  
dñm turrim aedificare cona-  
tisunt. communionem uni-  
us linguae perdididerunt.

**II** In his autem qui dñm humili-  
ter metuebant. linguae  
omnes unitae sunt. Hic  
ergo humilitas uirtutem  
meruit. illic superbia con-  
fusionem. Sed quaerendu  
nobis est. Cur sc̄s sp̄s patri  
& filio coaeternus in igne  
apparuit. Cur in igne simul  
et linguis. Cur aliquando  
in columba. aliquando  
uero in igne monstratur.

**III** Cur super unigenitum filiū  
apparuit in columbae spe-  
cie. et super discipulos in  
igne. Ita ut neq. super dñm  
ueniret in igne. neq. super  
discipulos monstraretur  
in columba. Per quattuor  
itaq. haec quae proposuim.

soluendo redeamus. Patri  
namq. et filio coaeternus sp̄s  
in igne monstratur. quia  
incorporatus et ineffabilis  
atq. inuisibilis ignis est dñs.

Quia attestante paulo. dñs  
ignis consumens est. **III** Os  
quippe ignis dicitur. quia  
per hunc peccatorum rubigo  
consumitur. De hoc igne  
ueritas dicit. Ignem ueni  
mittere in terram. et quid  
uolo nisi ut ardeat. Terra  
enim uocata sunt corda ter-  
rena. Quae dum semper infi-  
mas in se cogitationes conge-  
runt. a malignis spiritibus  
conculcantur. Sed ignem  
dñs in terram mittit. cum  
afflatus sc̄i sp̄s cor carnaliū  
inflammatur. Terra itaq. ac-  
cenditur. cum cor carnale  
in suis prius uoluptatibus  
frigidum. relinquit concu-

puscentias praesentis saeculi  
et ardet per amorem dī.

Bene ergo in igne apparuit  
sp̄s. quia ab omni corde quod  
replet. torporem frigoris  
excutit. et hoc in desiderio  
suae aeternitatis accendit.

In igneis autem linguis mon  
stratus est. quia isdem sp̄s  
coaeternus est filio. et habet  
cognitionem maximam lin  
gua cum uerbo. Uerbum  
quippe patris filius. & quia  
una est sp̄s et uerbi substan  
tia. isdem sp̄s monstrari debu  
it in lingua. Uel certe quia  
per linguam procedit uerbu.  
In linguis apparuit sp̄s.

Quia quisquis scō sp̄u tangitur.  
dī uerbum id est unigenitū  
filium confiteatur. Et negare  
dī uerbum non ualet. qui  
iam scī sp̄s linguam habet.  
Uel certe in linguis igneis ap

paruit sp̄s. quia omnes quos  
repleuerit. ardentem pariter  
et eloquentes facit. Linguas  
igneas doctores habent.  
Quia dum dīm amando prae  
dicant. corda audientium  
inflammant. Nam et otio  
sus sermo est doctoris. si prae  
bere non ualet incendium  
amoris. hoc doctrinae in  
cendium ab ipso ueritatis  
ore conceperant quid dicebant.

Nonne cor nrm ardens erat in  
nobis. cum loqueretur in uia  
et aperiret nobis scripturas.

Ex audito quippe sermone  
in ardescit animus. torporis  
frigus recedit. Fit mens in  
superno desiderio anxia. a con  
cupiscentiis terrenis aliena.

Amor uerus qui hanc repleue  
rit. in fletibus cruciat. sed  
dum tali ardore cruciatur.  
ipsis suis cruciatibus pascitur.

VII

VIII

Audire ei libet praecepta cae-  
lestia. et quot mandatis in-  
struitur. quasi tot facibus  
inflammatur. Et quae tor-  
pebat prius per desideria.  
ardet postmodum per uerba.  
Unde bene per moysen dicitur.  
In dextera eius ignea lex.  
S in istra quippe reprobi. qui  
et ad sinistram ponendi sunt.  
O xtera autem dei. appellantur  
electi. In dextera ergo dei. lex  
ignea est. quia electi man-  
data caelestia nequaquam  
frigido corde audiunt. sed  
ad haec amoris intimi facibus.  
Inardescunt. Sermo ad au-  
rem ducitur. et mens coram  
sibi met irata. ex interna  
dulcedinis flamma concre-  
mat. In columba uero spiritus  
et igne monstratus est. quia  
omnes quos repleuerit. sim-  
plices et ardentes facit.

Simplices puritate. ardentes  
aemulatione. Neque etenim  
placet deo. aut simplicitas sine  
zelo. aut zelus sine simplici-  
tate. Hinc ipsa ueritas dicit.  
Estote prudentes sicut serpen-  
tes. et simplices sicut columbae.  
Qua in re notandum est. quod  
discipulos suos. nec de columba  
sine serpente. nec de serpente  
sine columba uoluit dominus am-  
monere. Quatenus et colum-  
bae simplicitatem astutia ser-  
pentis accenderet. et serpentis  
astutiam. columbae simplici-  
tas temperaret. Hinc pau-  
lus ait. Nolite pueri effici sen-  
sibus. Ecce prudentiam ser-  
pentis audiui. Nunc de  
simplicitate columbae mo-  
neamur. sed malicia paru-  
li estote. Hinc de beato iob  
dicitur. Erat uir simplex &  
rectus. Quae est autem rectitu-

do sine simplicitate. aut que  
 simplicitas sine rectitudine.  
 Quia ergo et rectitudinem do-  
 cet iste sp̄s et simplicitatem.  
 Et in igne monstrari debuit.  
 Et incolumba. quatenus om-  
 ne cor quod eius gratia tan-  
 gitur. et mansuetudinis leni-  
 tate tranquillum. et zelo  
 iusticie accensum fiat. Ad  
 extremum uero quaerendu-  
 cur in ipso redemptore nro  
 mediatore dī et hominum  
 per columbam apparuit. In  
 discipulis uero per ignem.  
 Certe unigenitus filius. iudex  
 est generis humani. sed quis  
 eius iusticiam ferret. si prius  
 quam nos per mansuetudinē  
 colligeret. culpas nr̄as per  
 zelum rectitudinis examina-  
 re uoluisset. Homo ergo p  
 hominibus factus. mitem se  
 hominibus praebuit. nolu-

it peccatores ferire. sed colligi-  
 gere. Prius uoluit mansue-  
 te corrigere. ut haberet quos  
 postmodum in iudicio salua-  
 ret. Incolumba ergo appa-  
 rere super eum debuit. sp̄s.  
 qui non ueniebat ut peccata  
 iam per zelum percuteret.  
 sed adhuc per mansuetudi-  
 nem toleraret. At contra  
 super discipulos in igne de-  
 buit sēs sp̄s demonstrari. ut  
 hi qui erant simpliciter ho-  
 mines atq. ideo peccatores.  
 eos contra semet ipsos sp̄s  
 feruor accenderet. et pec-  
 cata quibus dī per mansue-  
 tudinem parceret. ipsi in se  
 per poenitentiam punirent.  
 Nec ipsi quippe esse poterant  
 sine peccato qui adhaerebant  
 caelesti magisterio. Iohanne  
 attestante qui ait. Si dix-  
 rimus quia peccatum non

habemus. nos ipsos seducim.  
et ueritas in nobis non est.  
In igne ergo uenit in hominibus.  
in columba uero apparuit  
in domino. quia peccata nostra que  
per dominum permansuetudinem  
tolerat. nos per zelum recti-  
tudinis debemus caute con-  
spicere. et ardore semper poe-  
nitentiae cremare. Igitur  
per columbam spiritus in redem-  
ptore monstratus est. per  
ignem uero in hominibus.  
quia quanto nostri iudicis fa-  
cta est seueritas temperata  
tanto erga se debet fieri nostra  
infirmitas accensa. Quattu-  
or ergo propositionum ex-  
pleta ratione ad dona eiusdem  
spiritus contemplanda transcamus.  
De isto quippe spiritu scriptum est.  
Spiritus eius ornauit caelos. Orna-  
menta enim caelorum sunt  
uirtutes praedicantium.

Quae uidelicet ornamenta  
paulus enumerat dicens.  
Alii datur per spiritum sermo sapi-  
entiae. Alii sermo scientiae  
secundum eundem spiritum.  
Alteri fides in eodem spiritu. Alii  
gratia sanitatum in uno spiritu.  
Alii operatio uirtutum. Alii  
prophactia. Alii discretio spiri-  
tuum. Alii generalium linguarum.  
Alii interpretatio sermonum.  
Haec autem omnia operatur  
unus atque idem spiritus. diuidens  
singulis prout uult. Quot  
ergo bonae sunt praedicantium.  
Tot sunt ornamenta caelorum.  
hinc rursus scriptum est. Uer-  
bo domini caeli firmati sunt. et  
spiritu oris eius. Omnis uirtus  
eorum. Uerbum enim domini.  
filius est patris. Sed eosdem  
caelos uidelicet sanctos aposto-  
los. ut tota simul trinitas  
ostendatur operata. repente

de sc̄i sp̄s diuinitate adiuu-  
 gitur. Et sp̄s oris eius omnis  
 uirtus eorum. Celorum igitur  
 uirtus de sp̄s sumpta est.  
 quia mundi huius potestati-  
 bus contraire non presume-  
 rent. nisi eos sc̄i sp̄s fortitudo  
 solidasset. Quales namque  
 doctores sc̄ae ecclesiae ante  
 aduentum huius sp̄s fuerint  
 scimus. Et post aduentum il-  
 lius cuius fortitudinis sint  
 facti conspicimus. Certe iste  
 ipse pastor ecclesiae ad cuius  
 sacratissimum corpus sedem  
 quantae debilitatis. quan-  
 taeq. formidinis ante aduen-  
 tum sp̄s fuerit. ancilla ostia-  
 na requisita dicat. Una enī  
 mulieris uoce percussus. dū  
 mori timuit. uitam negauit.  
 Et pensandum. quia compre-  
 hensum petrus negauit in  
 terra. quem suspensus latro

est confessus in cruce. Sed uir  
 iste tantae formidinis. qua-  
 lis post aduentum sp̄s existat  
 audiamus. Fit conuentus  
 magistratus atq. seniorum  
 caesis denuntiatur a apostolis  
 ne in nomine ih̄u loqui debe-  
 ant. petrus magna auctori-  
 tate respondit. Oboedire  
 oportet dō magis quam ho-  
 minibus. Et rursus. si uultū  
 est in conspectu dī uos potius  
 audire quam dīm. iudicate.  
 Non enim possumus quae uidi-  
 mus et audiimus non loqui.  
 Et illi quidem ibant gauden-  
 tes a conspectu concilii. quō  
 digni habiti sunt pronomi-  
 ne ih̄u contumelias pati.  
 Ecce gaudet petrus in uerbe-  
 ribus. qui ante in uerbis time-  
 bat. Et qui prius ancillae  
 uocem requisitus timuit.  
 post aduentum sp̄s sc̄i. uires

principum cesus praemittit.  
Libet oculos fidei in uirtute  
opificis huus atcollere. atq.  
sparsim patres testamenti  
noui ac ueteris considerare  
Ecce apertis eisdem oculis fi  
dei claud. amos. danihelē  
petrum paulum matheum  
intueor. Et si iste sps qua  
lis sit artifex considerare  
uolo. sed in ipsa mea consi  
deratione deficio. Implet  
namq. cytharedum puerū  
et psalmistam facit. Implet  
pastorem armentarium si  
comoros uellicantem. et  
prophaetam facit. Implet  
abstinentem puerum. et  
iudicem senum facit. Im  
plet piscatorem et praedi  
catorē facit. Implet  
persecutorē et doctore  
gentium facit. Implet pu  
blicanum et euangelistam

facit. O qualis est artifex  
iste sps. nulla ad discendum  
mora agitur. in omne quod  
uoluerit mox cum tetige  
rit mentem docet. Solūq.  
tetigisse docuisse est. Nā  
humanum animum subito  
ut illustrat. immutat. ab  
negat hunc hunc repente  
quod erat. exhibet repente  
quod non erat. Pensemus  
scos praedicatores nros qua  
les hodierna die repperit.  
quales fecit. Certe qui in  
uno conclau pro iudaeo  
rum metu residebant. na  
tuitatis suae singuli lingua  
nouerant. et tamen nec ea  
ipsa lingua quam nouerant  
aperte xpm loqui praesu  
mebant. Uenit sps. et in  
ore eos per diuersitatem  
linguarum docuit. In men  
te autem ex auctoritate

roborauit. Coeperunt &  
 in aliena xpm eloqui. qui  
 de illo prius et in sua lingua  
 metuebant. Inflammatum  
 et enim cor dispexit tormen-  
 ta corporis. quae ante me-  
 tuebat. uicit uim carnalis  
 formidinis praec amore con-  
 ditoris. Et qui prius suis ad-  
 uersariis succumbebant for-  
 midine. iam praecerant au-  
 ctoritate. Qui ergo in tan-  
 ta celsitudinis culmen  
 erexit. quid aliud dixerim  
 nisi quod mentes terreno-  
 rum hominum caelum fecit.  
 Pensate fratres karissimi. post in-  
 carnationem unigeniti filii  
 qualis hodierna sollemnitas  
 de aduentu spiritus sancti. Sicut  
 enim illa. ita quoque & haec  
 est honorabilis. In illa quip-  
 pe deus in se permanens semet-  
 ipsum creauit hominem.

in ista uero homines ueniente  
 de super suscepunt deum.  
 In illa deus naturaliter factus est  
 homo. in ista homines facti  
 sunt per adoptionem dei.  
 Si ergo remanere carnales in  
 morte nolumus. hunc fratres  
 karissimi uiuificantem spiritum  
 amemus. Sed quia caro spiritum  
 nescit. dicat fortasse carna-  
 li cogitatione apud se aliquis  
 Quomodo diligere ualeo que  
 ignoro. Haec et nos concedi-  
 mus. quia mens inuisibilis.  
 intenta. uidere nescit inuisi-  
 bilem. Nulla enim nisi uisi-  
 bilia cogitat. eaque et cum non  
 agit. eorum imagines in-  
 trorsus trahit. Dumque in  
 imaginibus corporeis iacet.  
 surgere ad incorporea non ualeat.  
 Unde fit ut tanto deterius cre-  
 atorem nesciat. quanto in  
 cogitatione sua familiarius

corpoream creaturam portat  
Sed cum dñm uidere non pos-  
sumus. habemus aliquid qđ  
agamus. unde iter fiat quo  
ad eum nr̄ae intelligentiae  
oculus ueniat. Certe quē  
in se uidere nullomodo uale-  
mus. hunc in se uisus uidere  
iam possumus. Quos dum  
mira conspiciamus agere. Cer-  
tum nobis fit. in eorum men-  
tibus dñm habitare. In re autē  
incorporea. a rebus corpora-  
libus usum trahamus. Nemo  
etenim nr̄m orientem clare  
solem. in spheram illius inten-  
dendo ualet conspiciere. quia  
tensi in eis radius oculi reuerbe-  
rantur. Sed sole illustratos  
montes aspiciamus. Et quia iam  
sol ortus est uidemus. Quia  
ergo solem iusticiae in se ipso  
uidere non possumus. illu-  
stratos montes claritate illi

us uideamus. scōs uidelicet  
apostolos. qui uirtutibus  
emicant. miraculis coruscant.  
quos nati solis claritas p̄fudit.  
Et cum in se ipso sit inuisibilis  
per eos nobis quasi per illu-  
stratos montes se uisibilem  
praebuit. Uirtus enim diui-  
nitatis in se. quasi sol in celo.  
uirtus diuinitatis in hominib.  
sol in terra. Solem ergo iusti-  
ciae intueamur in terra. quē  
uidere non possumus in caelo.  
Ut dum in offenso pede operis  
per hunc in terra gradimur.  
ad intuendum illum quan-  
doq. oculos et in caelum leuem.  
Sed in offenso pede iter nr̄m in  
terra agitur. si dñs a proxim  
integra mente diligatur.  
Nec dñs enim uere sine pximo.  
Nec pximus uere diligitur  
sine dō. Hinc est quod sicut  
in alio sermone iam diximus

isdem sp̄s secundo legitur dis-  
 cipulis datus prius ad nō in  
 terra degente. postmodum  
 ad nō caelo praesidente. In  
 terra quippe ut diligatur  
 pximus. Et caelo uero. ut dili-  
 gatur d̄s. Sed cur prius in  
 terra. postmodum et caelo  
 nisi quod patenter datur  
 Intellegi quia iuxta iohan-  
 nis uocem. qui fr̄m non dili-  
 git quem uidet. d̄m quem  
 non uidet quomodo potest  
 diligere. Diligamus fr̄s.  
 Amemus eum qui iuxta nos.  
 Ut peruenire ualeamus ad  
 amorem illius qui sup nos est.  
 Meditetur mens in pximo. qd̄  
 exhibeat dō. Ut perfecte me-  
 reatur in dō gaudere cū pximo.  
 Tunc ad illam supernae fre-  
 quentiae laeticiam perueni-  
 mus. de qua nunc sc̄i sp̄s pign̄  
 accipimus. Ad istum finem

toto amore tendamus. In quo  
 sine fine laetabimur. Ibi  
 supernorum ciuium societas  
 sc̄a. Ibi sollemnitas certa.  
 Ibi requiessecura. Ibiq. pax  
 uera. quae nobis iam non re-  
 linquitur. sed datur. Per  
 om̄m n̄m ih̄m xp̄m qui uiuit  
 et regnat cum patre d̄s. In uni-  
 tate sp̄s sc̄i. Per omnia sc̄la  
 saeculorum amen

**I**NNATALE  
**S**CI IOHAN-  
**NIS** BAPT̄:  
**S**ERMO BEATI  
**M**AXIMI EPI.  
**S**OLLEMNITA-  
**T**ES NOBIS OI-  
**U**ERSORUM MARTY-  
**R**UM FRATRES KARISSI-  
**M**I. uitae praesentis occasus.